vt in Apollonia, quæ eſt in Ionio & Thera. in vtraque enim iſtarum vrbium honores dignitatéſque erant illorum, qui nobilitate præſtabant, & qui primi in eas colonias venerant, qui erant pauci: non autem diuitum ſuperaret populus. vt in Colophone antiquitus: ibi enim poſſidebat magna patrimonia multitudo: antequam bellum gererent aduerſus Indos. Sed eſt multitudinis quædam gubernatio, quando ingenui homines & inopes multi exiſtentes gubernãt rempublicam. Paucorum verò potentium, quando opulenti & nobiliores pauci exiſtentes gubernant. Quòd igitur plures ſint rerumpublicarum ſpecies, & quibus de cauſis, patet. Quamobrem verò plures ſint, quàm illæ quas dictum erat, & quænam iſtæ ſint, & propter quid, deinceps dicemus, principio vnde prius aſſumpto. fatemur enim non vnam partem, ſed plures omnem habere ciuitatem. Vt igitur ſi animalis vellemus ſpecies capere, primo ſegregaremus id quod neceſſarium ſit animal omne habere, ceu quædam ſenſoriorum, & quòd cibum conficiat atque receptet, puta os & ventrem, & præterea illas, quibus mouentur partes. Si itaque tot ſpecies ſolum, harum verò differentiæ forêt, dico autem ceu oris genera plura, & ventris, & ſenſoriorum, & præterea earum quibus mouentur, partium, harum coniugationis numerus neceſſariò efficiet plura genera animalium. non enim fieri poteſt, vt idem animal habeat plures differentias oris, ſic etiam neque aurium. itaque, quando ſuſceptæ fuerint omnes combinationes iſtorum, facient ſpecies animalis: & tot quidem ſpecies, quot coniugationes ſunt partium neceſſariarum. Eodẽ modo de dictis rebuſpublicis. ciuitates enim non ex vna, ſed ex multis partibus conſtant, vt ſæpius dictum eſt. Vna quædam pars eſt circa alimenta multitudo, quos agricolas dicimus. Altera verò pars ea, quæ vocatur mechanica. hæc autem verſatur circa miniſteria, ceu artes, ſine quibus ciuitas habitari non poteſt. harum verò artium aliæ ſunt neceſſariæ, aliæ ad delicias pertinent, & ad vitæ cultum. Tertia pars eſt forenſis multitudo, quæ circa emendum vendendúmque, & circa mercaturam & numulariam verſatur. Quarta pars, mercenarij. Quinta, propulſatores belli. quæ quidem pars non minus neceſſaria eſt ciuitati quàm aliqua ſuperior, aduerſus inuadentes, ſi velint tueri libertatem.

A μος δ' ἐν Ἀπολλωνίᾳ τῇ ἐν τῷ Ἰονίῳ, καὶ ἐν Θήρᾳ· ἐν τούτων γὰρ ἑκατέρᾳ τῶν πόλεων ἐν ταῖς τιμαῖς ἦσαν οἱ διαφέροντες κατ' εὐγένειαν, καὶ πρῶτοι κατασχόντες τὰς ἀποικίας, ὀλίγοι ὄντες πολλῶν· οὔτ', ἂν οἱ πλούσιοι, διὰ τὸ κατὰ πλῆθος ὑπερέχειν, δῆμος δ' ἐν Κολοφῶνι τὸ παλαιόν· ἐκεῖ γὰρ ἐκέκτηντο μακρὰν οὐσίαν οἱ πλείους. πρὶν γενέσθαι τὸν πόλεμον τὸν πρὸς Λυδούς· ἀλλ' ἔστι δημοκρατία μὲν, B ὅταν οἱ ἐλεύθεροι καὶ ἄποροι, πλείους ὄντες, κύριοι τῆς ἀρχῆς ὦσιν· ὀλιγαρχία δὲ, ὅταν οἱ πλούσιοι καὶ εὐγενέστεροι, ὀλίγοι ὄντες. Ὅτι μὲν οὖν πολιτεῖαι πλείους, καὶ δι' ἣν αἰτίαν, εἴρηται. διότι πλείους τῶν εἰρημένων, καὶ τίνες, καὶ διὰ τί, λέγωμεν, ἀρχὴν λαβόντες τὴν εἰρημένην πρότερον. ὁμολογοῦμεν C γὰρ οὐχ ἓν μέρος, ἀλλὰ πλείω πᾶσαν ἔχειν πόλιν. ὥσπερ οὖν εἰ ζῴου προῃρούμεθα λαβεῖν εἴδη, πρῶτον ἂν ἀποδιορίζομεν, ὅπερ ἀναγκαῖον πᾶν ἔχειν ζῷον, οἷον ἔνιά τε τῶν αἰσθητηρίων, καὶ τὸ τῆς τροφῆς ἐργαστικὸν καὶ δεκτικὸν, οἷον στόμα καὶ κοιλίαν· πρὸς δὲ τούτοις, οἷς κινεῖται μορίοις ἕκαστον αὐτῶν. εἰ δὴ τοσαῦτα εἴδη μόνον, τούτων δ' εἶεν D διαφοραί· λέγω δ', οἷον στόματός τινα πλείω γένη, καὶ κοιλίας, καὶ τῶν αἰσθητηρίων· ἔτι δὲ καὶ τῶν κινητικῶν μορίων, ὁ τῆς συζεύξεως τῆς τούτων ἀριθμὸς, ἐξ ἀνάγκης ποιήσει πλείω γένη ζῴων· οὐ γὰρ οἷόν τε ταὐτὸν ζῷον ἔχειν πλείους στόματος διαφοράς· ὁμοίως δὲ οὐδ' ὤτων. ὥσθ' ὅταν ληφθῶσι τούτων πάντες οἱ ἐνδεχόμενοι συνδυασμοὶ, ποιήσουσιν εἴδη ζῴου· καὶ τοσαῦτ' εἴδη τοῦ ζῴου, ὅσαιπερ αἱ E συζεύξεις τῶν ἀναγκαίων μορίων εἰσί· τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ τῶν εἰρημένων πολιτειῶν. καὶ γὰρ αἱ πόλεις οὐκ ἐξ ἑνὸς, ἀλλ' ἐκ πολλῶν σύγκεινται μερῶν, ὥσπερ εἴρηται πολλάκις. ἓν μὲν οὖν ἐστι τὸ περὶ τὴν τροφὴν πλῆθος, οἱ καλούμενοι γεωργοί. δεύτερον δὲ, τὸ καλούμενον βάναυσον· ἔστι δὲ τοῦτο περὶ τὰς τέχνας, ὧν ἄνευ πόλιν ἀδύνατον οἰκεῖσθαι. τούτων δὲ τῶν τεχνῶν τὰς μὲν, ἐξ ἀνάγκης F ὑπάρχειν δεῖν· τὰς δὲ, εἰς τρυφὴν, ἢ τὸ καλῶς ζῆν. τρίτος δ', ἀγοραῖον· λέγω δὲ ἀγοραῖον, τὸ περὶ πράσεις, καὶ τὰς ὠνὰς, καὶ τὰς ἐμπορίας καὶ καπηλείας διατρῖβον. τέταρτον δὲ, τὸ θητικόν. πέμπτον δὲ γένος, τὸ προπολεμῆσον· ὃ οὐθὲν ἧττόν ἐστιν ἀναγκαῖον ὑπάρχειν, εἰ μέλλουσι μὴ δουλεύσειν τοῖς ἐ-